



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Diss. Jur. 930

HENR. ERN. KESTNERI,
D. & in Acad. Rinthel. Profess.
Jur. Ordin.

PRUDENTIA
JURIS NATU-
RALIS,

Sex Disputationibus exposita.



R I N T H E L I I,
Typis HERMANNI AUGUSTINI ENAX, Acad. Typogr.
Anno M DC XCVIII.

(1698)

Serenissimo ac Potentissimo
PRINCIPI ac DOMINO,
DOMINO
CAROLO,

Hasfiæ LandGravio, Principi Hers-
feldiæ, Comiti Cattimeliboci,
Deciæ, Zigenhainæ, Niddæ,
Schaumburgi &c.

*Principi ac Domino suo Cle-
mentissimo.*

Stadtbibliothek
Augsburg



Rerum primitiæ Diis erant sacrae, Tibi Serenissime Princeps, tanquam Tutelari Hassiæ Jovi Deoque Terrestri, primitiæ hæ Academicæ in Tua Academia natæ & ventilatæ, sacrae esse debebant. Ipse Deus summus ille princeps a populo peculiari-ter sibi dilecto, prima fæcunditatis tam rerum quam operarum specimina sibi vindicabat, gratioso primitiarum nomine & tenuis hîsce fætus ad serenitatis Tuæ delubrum deponitur. Ipsæ illæ quæ cœlesti numini offerri debebant, primitiæ, agniculi, & vilia nulliusque propemodum precii erant, neque tamen sine grandi piaculo omitti poterant. Quo enim magis ea est divini numinis immensitas, eaque summorum principum fortunæ, ut nihil iis dignum offerri possit, eo minus dedignantur, quicquid casta & sincera cum pietate offertur. Satius adeo visum omnino fuit, qualemcunque, quæ sola potest, pietatis testationem fieri, quam omnem omitti: accedit argumenti fiducia, libellus enim hic pro justitia scriptus, quæ virtus adeo Tua est, ut non minus CAROLI, quam justî appellatio- ne noscaris. Jactet antiquitas suos Cæsares, suos Augustos, suos Titios, nos quicquid in principibus Augustum, quicquid in iisdem admirandum in glo-rioso exemplo Tuò, velut Augustissimo omnium virtutum compendio conspicimus, quippe quod non ista tantum, sed quicquid pulchrum & honestum cogitari potest ambitu suo complectitur. Magnus es qui Caroli Magni exemplum, a quo originem trabis, felicissime implet, pius es, cum nutris Academi- as, foves ecclesias, scholas sustentas, exules recipis. Justus es,

X 2

cum

cum sepultas prope leges revocas, & quantum potes
ruenti in pejus seculo valide Te opponis, justus inquam
es sed simul clemens, cum subditis, quos Tuæ bonita-
tis ignorantia ab officii limine transversos egerat
præter peccandi licentiam nihil adimis. Fortis es,
qui ingruentes hostium vires successu admirabili pro-
fligas, Testis est Rhenofelsa, Moguntia, Conflu-
entia ubi confluentes hostium vires devicisti. Ut
adeo Tibi proprium sit istud, veni, vidi, vici. Sed Tu
O CAROLE, qui es oraculum Regum, Cynosura prin-
cipum, idæa Magnatum, vive, una Tibi gloria, una
victoria sit gradus ad alteram, sit Tuum Sceptrum
regimenque felix, faustum & in ipso motu immotum,
augeat Deus gloriam, benedicat triumphis, ut porro sis
humani generis populique Tuæ deliciæ. Servet Deus
cum incomparabili sapientissimaque conjuge Tua,
Serenissimos principes Tuos, qui vivam Tuam ge-
runt imaginem ad gloriam nati & educati, ut post sera
tempora sint, qui Sceptra Hassiaca moderentur, &
hanc, quæ sola a Te provenit, felicitatem ad subditos
derivent.

*Serenissime atq; Potentissime
Princeps*

Serenitatis Tuæ

Devotissimus Servus

H. E. KESTNER.

Nisi mos ita receptus & tot præjudiciis confirmatus, quin ipsa præsentis instituti ratio suaderet, præfatione hac supersedere facile poteram. Dum vero disputationes aliquot *Juris Nat.* quas ipsa illustrioris hujus studii præstantia, munerisque impositi ratio exigebant, publici juris facimus, extra dubium procul omne collocamus, non tantum summam hujus studii amenitatem, verum etiam summam ejus necessitatem esse. Recte imperator jus hoc cum ipsa humana natura connatum, divinaque providentia constitutum esse dicit; quippe quod ipsam sanctissimamque Dei voluntatem refert. Quin omnibus omnino juribus deficientibus, ad hoc jus veluti subsidiariam jurium omnium normam recurritur. Jus hoc juribus omnibus lumen & facem præbet, ut non sine ratione basis & fundamentum omnium ceterorum, quippe quæ ab hoc veluti secundissima matre vitam trahunt, dici omnino possit. Accedit & illud, quod Regum principumque controversiæ non nisi ex solo hoc jure decidantur. Ne dicam quantopere accurata hujus studii cognitio ingenium acuat. Male igitur studiis suis consulere videntur, qui neglecta tam nobili præstabilique scientia, solo civili juri operam dantes, formulas saltem addiscere & aureas, uti vocant, Doctorum sententias corradere amant. Magni facimus *Jurisprudentiam Romanam*, quin tanta ejus præstantia, tanta intelligitur dignitas, ut hæc sola sit, quæ ante cetera, si quæ deprehenduntur jura caput efferre, cæterarumque Regina videatur. Verum tota ejus vis & dignitas corrui, si eam veluti fabulam tractare, nec cum intimis *juris nat.* principis conjungere veli. Mirum

vero

vero est, quod altum hujus studii silentium ante tot tempora inveniamus: constitutis Academiis divisisque quatuor facultatibus; Theologi dogmata sua ex S. Scriptura hauriebant, Jurisconsulti ultra Justinianum, Medici ultra Galenum, Philosophi ultra Aristotelem sapere velle propiaculo habebant, Nulla Juri Nat. heic data relictaque possessione, derelictam adeo disciplinam hanc occuparunt Theologi Scholastici, quam infeliciter vero illi provinciam suam adornarint, quantisque grillis nobilem hanc scientiam conspurcarint, tot infinita ineptiarum plaustra evidenter probant: Donec tandem non sine summa nominis gloria desolatam confusamque hanc scientiam in justam cynosuram redigeret Magnus ille Hugo Grotius in aureo libro de Jure B. & P. hoc solo immortalitate dignus, vitam hujus plenius descripsit Osiander, novos recenset Kulpis in Colleg. Grot. eodem tempore principia sua edidit Hobbes vir ingenii subtilissimi, cujus tamen heterodoxis Principiis opposuerunt se, Templeus, Cocquius, Scharockius, Cumberland, Strimesius. Grotio forte palmam praeripuisset Vir summus Job. Seldenus si non sola Hebraeorum, sed universalium annuum gentium jura exposuisset. Pufendorffius vero divinus Grotii commentarius est, qui in aureo opere de Jure Nat. & Gent. Grotii mentem saepe perplexam & obscuram felicissimo interpretamento assecutus fuit, nec pauca de suo addidit: occasione horum scriptorum quicquid in hoc studio praecleari, quicquid ingenui est, natum videtur. Grotium commentariis illustrarunt Feldenus, Zieglerus, Osiander, Granswinkelius, Baclerus, Gronovius, Simon, Henniges, Veltbemijs, Kulpius, Becmannus, Tesmarus, (cujus operi posthumo nota Obrechtii in Eundem. Grotium annexa) Dn. von der Mülen, cujus tamen nota in primum librum

librum superiori anno in folio solum prodierunt. Pufendorffius varias cum variis litis miscuit, speciatim ipsi se opposuerunt, Schwarzi⁹ in indice novitatum, Nicolaus Beermannus, Scherzerus, Gesenius, Alberti, Lyserus, Warenbergius, Strimefius, Zentgravius, quibus singulis in Eride schandica respondit Pufendorffius. Hujus principia feliciter quoque expressit Thomastus in Jurisprudentia divina. Grotium in questiones redegit Swicerus, Klenckius, Vitriarius, in breviarium contraxit eundem Schefferus in Grotio enucleato, quo etiam referri poterat Grotii fratris scriptum de principio Juris Nat. pertinent ad hoc studium quoque egregia scripta Huberi de civitate cum notis Lynckeri, Textoris in Synopsi Juris Gentium, Racheilii Commentarius in officia Cicer. Eisenhardi Institut. Juris Nat. Ryffelii tractat. de Jure Nat. Historiam juris Nat. bene adornavit Dn. Budeus. Qua felicitate, quo successu quisque sparta sua defunctus fuerit, meum non erit judicasse, quippe quod ultra facultates meas positum video. An vero hæc quales quales lucubratiunculae, dignæ sint ut minimum saltem locum inter tantos tamque insignes commentatores occupaturæ sint, valde ambigo, fateor tamen me non gloria captandæ, sed solius exercitii gratia, ne in otio heic mollescerem, quo nihil indignius, nihil cordato homine fædius esse debebat, hæc conscripsisse, publiceque non sine auditorum emolumento ventilasse. Fateor quoq; me multum debere Viro Illustri Dn. Kulpisio, plura autem debeo Viro Jctissimo & de vera Jurisprudentia optime merito Dn. Henrico Cocceo Fautori meo summo. Si quid autem heic dictum, quod calculum meretur, illud Soli Deo debeo, cui tanquam limpidissimo

Justitia fonti quicquid justum, quicquid pium est debetur.

Si quid e contrario dictum, quod dici non debet,

id dictum non est.

Index Capitum.

- C. 1. De Principio Jur. Nat.
 - C. 2. De eo quod humano generi competit.
 - C. 3. De cultura corporis.
 - C. 4. De Jure connubiali.
 - C. 5. De contractibus.
 - C. 6. De Juramentis, interpretatione, & damnis.
 - C. 7. De Summa Potestate.
 - C. 8. De Contractibus Sum. Pot.
 - C. 9. De Jure Belli.
 - C. 10. De Processu Belli.
 - C. 11. De Pace.
 - C. 12. De Pœnis.
 - C. 13. De Interitu facultatum, & fonte succesionum.
-

Series Dn. Respondentium citra generis, dignitatis, & eruditionis præjudicium eo ordine collocatorum, quo quisque disputationem suscepit.

1. CAROLUS LUCÆ, Cassellanus.
2. JOH. DIETERICH von HANSTEIN, Eques Eichsfeld.
3. REINHARD GOCLINIUS, Rinthelienfis.
4. JOH. ERNST de HARTLEBEN, Eques Wetterav.
5. CAROLUS LUCÆ, Cassellanus.
6. JOH. JUSTUS TREUTER, Hagâ-Schaumburg.

